
COLLECTIO DISSERTATIONUM MEDICARUM MARBURGENSIUM.

FASCICULUS V.



MARBURGI

IN OFFICINA LIBRARIA ACADEMIAE.

1795.

COLLECTIO V.

---

1) RICH. MAR. HARNIER *de indicationibus et methodo rumpendarum aquarum in partu.*

2) CAR. ANT. MATTHEI *de vegetabilibus ad diaetam ſpectantibus.*

3) VOLR. HENDER. FR. CHPH. RUBE *de remediis veſicantibus ac rubefacientibus quoad eorum differentiam ſpecificam et vires.*

4) CAR. ALB SCHENCK *de uſu Gummi-Kino eiusque virtutibus.*

5) GEORG. BERNH. VOLMAR *de auditus fabrica ac ſoni theoria phyſica.*

I.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO - OBSTETRICIA.

SISTENS

INDICATIONES ET METHODUM RUMPENDARUM AQUARUM IN PARTU.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

GUILIELMO IX.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE

HASSIAE LANDGRAVIO REL.

ET

ANNUENTE INCLYTO

MEDICORUM ORDINE

PRO GRADU DOCTORIS

MEDICINAE, CHIRURGIAE AC ARTIS OBSTETRICIAE

PUBLICE DEFENDET

RICHARDUS MARIA HARNIER,

HASSO CASSELLIS NATUS

Societatis phyf. privat. Götting: Sodalis.

Die XXIV Septembris MDCCXCIV.

MARBURGI - CATTORUM

LITERIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

VIRO

CELEBERRIMO ILLUSTRI

DOCTISSIMO

GEORGIO GUILIELMO

STEIN.

MEDICINAE DOCTORI

SERENISS. HASS. LANDGR. CONSILIAR. PRIM.

AB AULA. MED. CHIR. ET ARTIS OBSTET.

PROF. IN ACAD. MARBURG. PUBL. ORDIN.

Collegii med., quod Caſſellis eſt, Directori etc.

PRAECEPTORI

SUMMA SEMPER PIETATE

VENERANDO.

MENTE PIA

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

OFFERT

TANTI NOMINIS

CULTOR OBSERVANTISSIMUS

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Inter plura, quae sese mihi cogitanti de dissertatione pro ritibus elaboranda academicis offerebant objecta, diu dubius haeseram temporisque non parum elapsum erat, antequam istud eligerem thema, inscriptum titulo. Et jam erat tandem congesta materies, primaeque jam erant ductae scriptiunculi lineae, cum demum in conspectum mihi venit tractatus ille Cl. Crevii, *quo multa disserit egregie de noxis ruptorum praepostere in partu velamentorum* 1). *Sed paucioribus commemorat, a suo*

1) Starck's *Archiv, B.* V. *St.* 2. *p.* 361.

a ſuo non aberrans ſcopo, indicationes operationis, et ejus methodum vix ibi tangit. Quas ideo in unum colligere, atque collectas redigere ad ordinem quendam, nec addere nulla de methodo varia perſiciendae ruptionis; ſatis adhuc magnum mihi viſum eſt pretium operae.

Novi quid abſolutive in medium proferre nec poſſum tyro, nec cupio; artis autem peritorum intellexiſſe me recte placita: ordineque retuliſſe diſtincto, laus mihi ſufficiet.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Generalia quaedam.

§. 1.

Quid ſint velamenta, quid contineant, cuinam inſerviant uſui, haec omnia nota ſatis ſunt, nec digna, quae denuo enarrentur amplius 1). Alium eſſe liquoris amnii (tritam tacere liceat inter veras aquas ſpuriasque differentiam, variamque earum ſedem et originem) in graviditate uſum

1) F. A. Koenig Diſſ. de Aquis ex utero gravidarum et parturientium profluentibus, pr. Boehmer, Hal. 1769.

ufum 1), qua durante nimirum arcet a foetu preffionem nimiam et vim quamcunque irruentem externam, facilitatque foetus motum in utero et fanguinis in foetu; alium illius, non confundendum cum priore, ufum effe in naturali partu 2), quem dilatando orificium uteri viasque lubricando promovet; alium denique in praeternaturali, ut v. g. in verfionis negotio caefareaque fectione, novimus nos omnes. Nec tetigiffem hancce ufus varii, quem in vario cafu praebet amnius liquor, diftinctionem accuratam, nifi

---

1) Ill. Steinii *theoret. Anleitung zur Geburtshülfe, Marb.* 1793. *p.* 116. §. 377 *et fqq.* Puzos, Tr. des Accouch. Paris 1759. p. 105. La Motte, Fr. des Acc. Paris 1722. p. 131.

3) Galenus, de utilitat. part. Libr. XV. cap. 81. „Humores enim partus negotium facile reddunt."

nisi nobis ejus momenta maxime consideranda venirent in artificiali ruptura velamentorum.

§. 2.

Patent e dictis, et diligenter enumerata a Cl. CREVE exstant loco citato damna, quae ducunt originem a praepostera membranarum ruptione; quas vero profert idem Auctor ibi 1) consequentias de capitis tumore, capitisque hinc inde nascente obstaculo, quo minus in penultimo parturitionis stadio perficere possit semirotationem circa axin suam, has omnes aequaliter firmo niti talo dubitare me liceat.

Istius nempe tumoris primam et principem caussam puto, non colli venarumque jugularium strangulationem, quae, si forte segmentum inferius

1) STARCK's *Archiv*, *l. c. p.* 366.

ſerius uteri cingeret unquam tam arcte collum infantis, magis aequalem omnium totius capitis integumentorum gigneret intumeſcentiam, ſed reſiſtentiam potius oſſeae pelvis, qua comprimuntur et ita coarctantur oſſa cranii, ut ſeſe abſcondant invicem unum ſub alterius margine; nimis ampla fiunt inde rugoſaque cutanea capitis obtegumenta, et hae demum rugae, acceden- omnino uteri preſſione ejusque praeſertim orificii, humorum favent ſenſim ſtagnantium congeſtioni tumorique formando 1).

Qui grave foret revera ſemirotationis illius ſupra dictae impedimentum, ſi totum obſideret, ut e. g. Hydrocephalus, ambitum capitis; at rem non ita ſeſe habere, ſed ſequi tumorem ſemper iſtud liberum, quod orificii circumſcribunt mar-

1) Ill. Stein l. c. p. 178. §. 567.

margines, ſpatium, ideoque non multum afferre impedimenti capitis circumvolutioni, docemur experientia.

§. 3.

Id vero monere me liceat, enaſci ex ruptis praepoſtere velamentis id potiſſimum obſtaculi negotio parturitionis, quod caput, in aperiendo uteri orificio, membranarum gerere debeat vices, cui ſcilicet aperturae efficiendae maxime adaptata videtur cuneiformis bullae in naturali partu forma. 1)

Eſt enim alia plerumque hujus veſicae ratio in partu praeternaturali, et pro vario capitis ſitu variaque praevia parte mox hanc mox illam praebet figuram, nec ideo debitas confert partes ſuas ad pro-

1) Ill. Stein, l. c. p. 174. §. 556.

promovendum partum. Sic v. c. in agrippino partu mox longa propendet ſolitoque laxior et mollior, mox transverſam rimae diductae formam aemulatur, igiturque tunc inter generalia refertur ſigna, quae partum praeſagiunt, ob aliam corporis partem praeviam praeter caput, non naturalem 1).

Accedamus jamjam propius ad noſtrum propoſitum.

§. 4.

Nil prodeſt, quod non laedere poſſit idem — ſummo jure jam inquit Ovidius, nec magis unquam, ac in medica arte, dicti hujus eluceſcit veritas. Fit bonum pharmacum ex veneno, vene-

1) Roedereri elementa art. obſtetr. Götting. 1766 pag. 247. §. 593.

Wrisberg annotat. 70. ad Roed. Elem.

venenum ex pharmaco; vox eſt media pharmacum, res eſt anceps quaelibet medicina; necat eundem Opii nimia doſis, quem ſervaſſet parca! Similia contingunt ſaepe ſaepius in arte obſtetricia; utiliſſimum fit noxium abuſu, quod animo grato referimus acceptum Levreto, divinum fere inſtrumentum; facillimus mutatur nonnunquam in partum lentum adeoque pericula minantem matrisque foetusque vitae, ſi dilacerantur praepoſtere a manu rudi velamenta, quorum inſtituta juſto tempore ab ipſa natura ruptio exoptatum cruciatibus miſerae parturientis impoſuiſſet finem 1).

Vidi-

1) Monet inde cel. La Motte, l. c. p. 132. „de ne pas imiter les ſagesfemmes, qui, dans la fauſſe eſpérance d'avancer l'accouchement, tombent journellement dans cette faute, et mettent les femmes et les enfans dans un péril évident de leurs vies. "

Bur-

Vidimus nuperrime in inſtituto noſtro obſtetricio, magis magisque creſcente fauſtisque florente ſub auspiciis Illuſtris STEINII, Viri pio mihi cineres adusque amore colendi, quos felices edat natura in caſu dubio non nunquam ſucceſſus, ſi properata non turbetur in ſuo negotio feſtinatione, cujus ſcilicet ſaepe ſaepius occurrunt in auctoribus exempla recentioribus adeo et recentiſſimis.

§. 5.

Attamen rarius revera obſtetricatores, quam obſtetrices, talia ſibi permittunt improbanda; quod

BURTON Syſt. nouv. et complet de l'Accouch. traduit par LE MOINE 1771. p. 175. Not. 44. Il ne faut pas héſiter, d'attribuer la plûpart des accidens, qui arrivent, a la mauvaiſe pratique des Sagefemmes, de percer les membranes. La nature eſt ſage, il faut la laiſſer faire.

quod nobis non mirum videbitur ponderantibus magnam, quae has inter et illos intercedit, differentiam.

Obſtetrices nempe, non ſemper cauto ſatis, quod bene notandum, ſelectu indutae tanto munere, nec ſcientifice colentes artem, fabriliter funguntur plerumque, opificum inſtar, ſuis negotiis 1); non artem exercent ſed quaeſtum; ſaepe de ſuo magis cogitantes quam de commodo parturientium; ardentes cupida obſtetricatorum aemulatione non timent interdum commiſſorum opprobria, nec appetunt laudes, quas omittendo conciliare ſibi poſſent 2).

Nulla

1) Stein l. c. p. 2. §. 3.

2) Roedereri Elementa, p. 113. annotat. 86. „Magis itaque partus turbatur committendo quam omittendo, et obſtetricibus nunquam ſatis inculcari illa regula poteſt, in naturali partu plane nihil agere.“

Nulla quidem eſt regula ſine exceptione, et fidas dari quoque, ſolertes, nec imperitas obſtetrices, minime dubito; quas tamen hucusque ſatis raras fuiſſe, credere me faciunt exempla creberrima triſtiſſimaque relata partuum, quos incuria et imperitia obſtetricum reddidit difficillimos et infelices, creberrimaeque huc illuc allatae ſubinde medicorum conqueſtiones 1).

Magnopere miratus ſum ideo, Ill. noſtrum STEINIUM, prohibentem obſtetrices a negotio verſionis 2), nec docentem eas niſi diagnoſin,

---

1) STARCK's *Archiv, Bd. I. St.* 1. *p.* 69. 96. *St.* 2. *p.* 37. *St.* 4. *p.* 91.

Bd. II. St. 1. *p.* 103. *St.* 2. *p.* 74.

Cl. HINZE *chronol. Ueberſicht der Inſtrumente*, 794. *Einleitung.*

2) *Land-Hebamen-Ordnung für die Grafſchaft Lippe*, Lemgo 1776. §. 17.

ſin, reprehenſum eſſe a b. Hagenio 1), qui tamen bene noviſſe videtur enarratam indolem obſtetricum 2), et cuius ipſius ſcripta ſcatent gravium ab illis commiſſorum errorum farragine. In apertam ideo, ni fallor, vir iſte meritiſſimus contradictionem incidit, cum nullo modo dubitet, verſionem inter obiecta referre altioris artis vel potius ſcientiae obſtetricariae 3), a cujus exercitio jure vult excluſas eſſe feminas 4), alioque loco hanc ipſam operationem permittat obſtetricibus. Unde fit, ut in ejusmodi caſu, qualem Hagenius po-

nit

1) *Verſuch eines neuen Lehrgebäudes der practiſchen Geburtshülfe, von* J. P. Hagen 1r *Th. p.* 30.

2) Starck's *Archiv, I,* 1, *p.* 69.

3) Ibid. p. 88.

4) Ibid. pag. 55.

nit 5), non anguſtam nimis agendi copiam obſtetricibus datam, ſed obſtetricatorum potius paucitatem vel intempeſtivam accuſandam fore pudicitiam parturientis, habeam perſuaſum.

§. 6.

Longe vero alia obſtetricatorum eſt ratio. Hi nempe ſtudiorum auxiliis adjuti, quae firmant mores aeque ac ingenium, accedunt ad exercendam artem; cujus imbuti regulis Viri non haeſitant in capiendis conſiliis, quoniam pro qualicunque ſingulis in caſibus operatione ſuſcipienda non coeca diriguntur imitatione, ſed graviſſima ſemper maximeque generali praxeos, tam medicae quam chirurgicae regula, quae jubet, nulla fieri ſine indicatione.

Tales certe deberent omnes eſſe almae Lucinae ſacerdotes, et grata tunc forent homini-

1) *Verſuch eines neuen Lehrgebäudes etc. l. c.*

minibusque Diisque, quae faciunt, facra; nam jure ceterum multo majore recenfentur ac perftringuntur obftetricatorum peccata, quam errores obftetricum, quippe quae nesciunt faepe faepius, quid ipfae faciant.

Forent omnino nequaquam laudandi artis obftetriciae periclitabundi magiftri, qui discentium cauffa, quod illis exprobrat clar. Creve, ex inftituto protraherent, aquarum ruptione praepoftera, negotium parturitionis, matrisque fimul et foetus pericula 1). Dari vero tales magiftros improbos, dubitemus benevoli, taliaque tradendae difciplinae adminicula nec in Goettingenfi, nec unquam in Marburgenfi certe obftetricio inftituto, parturientium folatio, adhibita me vidiffe, memini.

 §. 7.

1) Starck's *Arch. V*, 2, p. 367.

§. 7.

Id enim contigit arti obftetriciae, tantaque cepit, at ita pridem revera ultima quafi fua incrementa, ut nulla hac in arte exftet operatio, nec manualis nec inftrumentalis, quae fuas non habeat diftinctas indicationes et contraindicationes. Omnia fenfim redacta funt ad firmum quoddam, Pathologiae fcilicet et Therapiae Medicorum generali fpecialique quafi analogum, Syftema; quod quidem bafi fuperftructum eft ita firmae, ut unius, e. g. verfionis indicationes fimul fint contraindicationes alterius, nimirum forcipis 1).

Nullus

1) Ill. Steinii *practifche Geburtshülfe*, §. 187. Verfionis indicationes lucide nobis expofuit nuperrime amicus amiciffimus, Dr. Bausch, Diff. fua, quae fiftit Indicationes pro converfione foetus, Marb. 1794.

Nullus ſcilicet artis ſuae imbutus elementis obſtetricator capite praevio quidem, ſed obliquo et adhuc alte ſito ſuperiorem ſupra pelvis aperturam, applicanda de forcipe cogitabit 1), et de verſione inſtituenda nullus, ſi caput profunde jam immerſum eſt in pelvim minorem 2); utque capitis injuſta ad pelvim, ſeu pelvis ad caput proportio forcipis uſum ſuadet 3), ſic praevia pars nulla vel ulla praeter caput ſemper poſcit verſionem 4); ſic ſuas habet vectis indicationes 5), ſuasque perforatorium 6).

§. 8.

At non ſemel et ſimul, ſed lento ſatis tardoque gradu, nec niſi poſt innumeros et lugen-

---

1) Ill. Stein, l. c. §. 192. 2) Ibid. §. 210. 3) Ibid. §. 645. 4) Ibid. §. 189. 91. 5) Ibid. §. 664. 6) Ibid. §. 655.

lugendos errores ars nostra tantam est consecuta systematis perfectionem: non omnia gravissimae doctrinae de indicationibus et contra indicationibus, quotquot jam exstant capita, uno tempore eodemque recepta sunt in artem, sed singula quasi a singulis auctoribus. Collegisse haecce capita, auctaque ad scientiae formam redegisse mathematicis superstructam principiis, laudem magnam primus sibi Leyretus meruit, cujus vestigia pede faustissimo secutus est Ill. Steinius, dignissimus tali praeceptore.

Tandem ex collectis ceteris pro hac quoque nostra rumpendarum in partu membranarum operatione, omnium minutissima, leges enatae videntur et regulae, formataeque ultimo loco justae indicationes. quas jamjam singulas pertractare, mihi propositum est.

SECTIO

SECTIO ALTERA.

Indicationes operationis.

§. 9.

Omnium est simplicissima, minutissima facillimaque in arte obstetricia operatio, de qua nobis hic sermo, at quoad effectus et sequelas ardua tamen, maximique tantique momenti, ut ab illius abusu mala multa redundent in matrem et foetum, et in ipsam interdum merito jure obstetricem imprudentem; id quod suo jam tempore non sine dolore multo experiebatur Siegmundia, a Chirurgo quondam inculpata propter institutam praepostere velamentorum ruptionem 1).

In

1) Iustina Siegemundin *preussische Hofwehemutter*, Berlin 1756. p. 131.

In exponendis igitur ejus indicationibus bene diſtinguendum eſt inter varios caſus, naturales nempe eosque qui ſunt praeter naturam, nec confundenda ſunt varia parturitionis ſtadia, quoniam, quod quidem monitum ſuo jure huc pertinere puto, prima omnium hujus operationis contra indicationum eſt ſtadium parturitionis primum, in quo ſcilicet dolorum praeſagientium ſtadio nullum adhuc formantium ſeſe aquarum reperitur veſtigium 1)

§. 10.

Aliae ſunt rumpendarum aquarum indicationes in naturali partu, quo prodit in lucem in-

fans

1) Sic ait ſua loquendi ratione SIEGMUNDIA l. c. p. 122. „*Das Waſſer kann nicht eher geſprengt werden, bis ſich die Mutter geöfnet, und das Waſſer da iſt.*“

fans capite praevio rite locato 1); sunt aliae in praeternaturali, qui declinat ex aliqua parte a naturali atque unica norma 2); et est magna, quae hinc inde, quoad operationis instituendae tempus atque methodum, oritur differentia. Alius in illo casu, alius in hoc est scopus operationis, major in non naturali plerumque, quam in naturali partu necessitas urget, nec esse respicienda eadem e. g. in membranarum ruptione propter solum naturae lentorem, quae nobis in Haemorrhagiis gravioribus observanda veniunt, vel a situ placentae declivi, ex cervice et orificio originem trahentibus, vel a soluta placentae portione ex aliis uteri plagis provenientibus, apparet facile et clarius apparebit infra.

§. 11.

---

1) Ill. Steinii Theor. §. 430. Prax. §. 2.

2) Amic. Bausch, l. c. §. 2.

§. 11.

In naturali vero partu alterum exſtat nec omittendum diſcrimen, quod inter *generales* ſcilicet ſic dictas atque *ſpeciales* intercedit indicationes, cujus utriusque generis habenda ſemper eſt accurate ratio.

Ut enim ſpeciales accuratius nos docent caſus ſingulos, in quibus ſperare poſſumus a ruptione velamentorum neceſſaria utilitatem, ſic nullo modo tamen inſtituere licebit operationem, ſi deſunt indicationes omnes iſtae generales, quae vero ſolae per ſe permittunt eam interdum, abſentibus immo ſpecialibus. Recenſeamus ideo utrasque.

§. 12.

Indicationes aquarum in *naturali partu* rumpendarum tres dantur principes *generales*, quae ſequuntur 1).

---

1) Ill. Steinii Theor. p. 175. §. 555.

1) Orificium uteri late diductum, et apertum, una quasi serie continuatum cum fundo vaginae.

Quodsi nempe discerpuntur membranae orificio nondum satis aperto, tunc oritur praeter alia multa, commemoratum jam supra (§. 3.) negotio parturitionis obstaculum, tardioreque procedit partus gradu, quoniam rotunda magis figura ossium capitis non est tam idonea ad dilatandum sensim et sine dolore orificium, quam conica mollis vesicae; unde secundarium aliud sequitur incommodum, quod lentescente nimirum partu, scciores sensim fiunt et inopes humorum ac sensiliores, quas amnius liquor lubricaverat, viae 1). Quod bene vidisse quoque vi-

1) Cel. CREVE, l. c. p. 367. Tales sunt isti partus, quos siccos nuncupant obstetrices, quod quidem genus dicendi quotidie confirmatur

videntur Manninghamus 1) et Roedererus, 2) nullam jubentes ambo, ruptionem instituendam esse vesicae, antequam totum uteri diductum sit orificium; et consentit cum hisce excell. Wrisbergius 3), illum partum censens procul dubio optimum, in quo velamenta tamdiu maneant integra, quamdiu dilatandis in genitalibus usum praestare possint 4).

Accu-

---

matur a posteriori, anticipatis nonnunquam ab ipsa natura stadiis partuum. Nec video, cur neget hanc ruptionis praeposterae noxam Cl. Baudeloque, l'Art des Acc. 1789. p. 262. §. 504. et p. 309. §. 627.

1) Rich. Manningham Artis obstetricariae compendium, ed. a P. A. Boehmero, 1746. p. 40.

2) Elem. art. obstetr. p. 86. §. 286.

3) Ibid. annotat. 71.

4) Hortatur inde Puzos, l. c. p. 114. de conserver les eaux le plus longtems qu'il sera pos-

Accuratius determinare limites necessariae hujus dilatationis, profecto vix licet; at non fàcile peccabit aliquis obstetricator, justo praeditus, quo carere nequaquam ullus impune potest, practico judicio 1); nisi omnia simpliciter naturae committere, seu, quod idem est, partum nullum unquam accelerare velit artis ope.

§. 13.

2) Velamenta in vesicam rite formata, tensa; rupturae proxima.

Iusta

---

possible, et de les laisser percer d'elles mêmes, puisqu'elles sont d'un si grand usage pour la dilatation de l'orifice de la matrice.

1) Baudeloque l. c. p. 375. §. 810.; On n'ose ouvrir la poche, à moins que l'orifice ne soit plus large qu'un écu de six francs, et que son cercle ne soit assés mince et souple, pour s'étendre au de là.

Iusta plerumque hanc inter tensionem et illam orificii diductionem intercedit proportio, et valent ideo pleraque de hac indicatione, quae dicta sunt de priore. Addere tamen liceat, tantam adhibitam velle nonnullos hoc in negotio cautam prudentiam, ut velamentorum, nisi longe jamjam promineant e vagina 1), et nisi pars jam magna capitis sita sit inter labia, nunquam in naturali partu permittant discerptionem. Ita vult v. g. Thebesius 2), sic porro suadent ad mentem Friedii Boehmerus 3), et Roede-

1) Puzos l. c. ait: Il ne faut en venir à percer les membranes, que quand elles sont inutiles, c. à. d. lorsqu'elles seront à fleur des grandes lèvres.

2) Thebesii *Hebammenkunst*, *Liegnitz* 1759. §. 314.

3) Praefat. ad Manninghami Compendium.

dererus 1) expressis verbis: sic tandem Cl. Wrisbergius 2) tum modo, cum ad dimidiam usque partem promineat expansa e pudendis vesica cessantibus doloribus, rumpendam eam esse judicat.

Sed caveas quoque, ne diu praeter modum differas instituendam operationem, quia partus tandem galeato fieri capite, vel ovum adeo posset integrum excuti.

§. 14.

3) Caput profundum, ponderosum.

Hanc esse quam maxime necessariam rumpendarum aquarum indicationem generalem, dubitabit nemo non oblitus, de solo naturali partu nobis hic esse sermonem. Nec igitur, quoniam

1) l. c. §. cit.

2) Ibid. annot. cit.

arctissimo nexu cum enarratis cohaeret prioribus, ulla puto addenda esse, nisi consentientes auctorum quorundam sententias, quos inter v. g. vult Roedererus 1), infantem ostium replere vaginae, adeoque ad aures usque editum esse Boehmerus 2), antequam aperiantur velamenta. Id certe praebet egregium ruptorum plus quam justo tempore velamentorum signum, cum caput, statim post institutam operationem, locum occupat in orificio, quem obtinuerat hucusque vesica.

§. 15.

Hac sunt. quae nobis commemoranda fuerunt generales, permittentes ruptionem aquarum, indicationes; quibus jamjam illustratis veniamus ad

1) l. c. §. cit.

2) Praefat. ad Manningh.

ad *fpeciales* fic dictas, fuadentes illam ac jubentes in naturali partu. Aequali quidem pondere non valent omnes; fed fallent rarifsime tamen, quas ad fequentes praecipuas redigere licet, indicationes:

1) Omnis partus lentus, fimpliciter per fe talis
2) — — — ob aquarum penuriam
3) — — — ob aquarum copiam
4) — — — ob membranarum tenacitatem
5) — — oppofitus lentiori, praecox in genere
6) — — praecox in fpecie
   a) Ovo integro
   b) Capite galeato.
7) Omnis Haemorrhagia in primis fladiis parturitionis.

§. 16.

Partus omnis naturalis eſt vel facilis, temporisque non ita longo abſolvitur ſpatio; vel eſt difficilis, ſeu, quod idem ſignificat, lentus; vel tandem praecox eſt, cujus utriusque, lentioris ſcilicet et praecocioris, ſpecies recenſitae ſunt §o praecedente. Jam ergo de ſingulis ſeorſim.

1. Omnis partus lentus, ſimpliciter per ſe talis.

Fit interdum, ut ob ſolam naturae inertiam, debilioresque hinc inde dolores tardet negotium parturitionis, durentque ſtadia praeter modum 1). Cujus quidem lentoris non ſemper

---

1) Roederer l. c. p. 113. §. 247: „Raro ultra ſex horas, etiam in primiparis et aetate provectioribus, partus omni modo facilis differtur."

Eſt alia omnino partus ratio praeternaturalis, et vidimus ante paucos menſes partum, facie

ſemper patet cauſſa; quaerenda tamen eſt plerumque in laeſa corporis totius conſtitutione viriumque languore, vel in naturali parturientis phlegmatico temperamento, vel in moerore nimio et animi anxietate, aliisve ſimilibus. Si res ita ſeſe habet, nec omnes deſunt generales iſtae, quas neceſſarias expoſuimus ſupra, indicationes, tunc ſuccurrendum eſt inſufficientibus naturae moliminibus, et amnio liquori concedendus effluxus, ut vi majori contrahatur uterus auctus craſſitie et fortiores inde fiant dolores.

 Nam

---

facie lateraliter praevia, in quo viginti fere quatuor horae ſunt elapſae ab incipientibus doloribus veris ad finem usque ſecundi ſtadii. Non feſtinat natura, ait inde cl. STEINIUS, ſed potius differt negotium in perverſo ſitu foetus, prona quaſi, ita loqui ſi fas eſt, ad implorandam artem.

Nam plenae parturitionis consummationi potest interdum obstare id unicum, quod feminae vires, exhaustae diuturnis laboribus et cruciatibus, tantum solae non possint edere justo tempore nisum, quantus requiritur qualiscunque ad perficiendam velamentorum ruptionem. In qua tamen indicatione formanda prudenter sibi caveat quisque, ne vanis ipse decipiatur impatientiae suae nimiae suggestionibus.

§. 17.

2. *Partus lentus ob aquarum penuriam.*

Non sine jure hanc ceteris annumerare licebit rumpendarum aquarum indicationibus, cum saepe lentorem augeat et absolutionem retardet partus. Si nempe liquoris amnii paucitas est tanta, ut in parturitione membranis illum non possit impertire tensionis gradum qui sufficiat ad dilatandas partes, et ad efficien-

dam

dam ſuo tempore veſicae rupturam, tunc, aperto ſenſim uterino orificio, doloribusque vigentibus faventibusque ceteris, dilaceranda ſunt velamenta 1), ne producantur absque neceſſitate feminae dolores, neque prodeat infans galeato capite, quod forte poſſet interdum praecipueque fieri, cum anteriorum, ſitarum ante caput, aquarum copia nec formandae ſufficeret, nec loco temporeque juſto rumpendae veſicae.

§. 18.

3. *Partus lentus ob aquarum copiam nimiam* 2).

Hocce non valde rarum ſuſpicare licet vitium, cum foetus ſeſe movet liberrime, matrisque ſine multo ſenſu, in abdomine praeter morem

1) Ill. STEINII Theoria, p. 175. §. 559.

2) JACOBS école pratique des Accouch. à Gand, 1785. p. 278.

morem magno, nec aequaliter in utroque latere duro, cum caput alte situm diu suam servat mobilitatem, uterique cito tamen diducitur orificium.

Vario modo nocere potest aquarum abundantia. Uteri parietes in graviditate quam maxime distendit, et hac ipsa nimia tensione frangit earum minuitque tonum 1) unde contractiones ejus in partu dolores qui fiunt debiliores, et multo minus efficaces ad expellendum foetum; quo quidem peracto negotio alterum imminet majusque periculum, haemorrhagiae nempe gravissimae, ab inertis uteri pendens omissa contractione 2). Quodsi porro naturalem exspectes et spontaneam velamentorum aperturam in tali casu, citius prorumpet foetus,

1) Plenck l. c. p. 365.
2) Ibid. p. 191.

foetus, quam par eſt, cum prorumpentibus aquis, et omnes, enumeratae ſupra, metuendae nobis erunt praecocioris partus noxae.

Cum primum igitur veſica ad penultimum pervenerit tenſionis gradum, et orificium ſatis apertum ſit, tum diſcerpantur velamenta, et aquis concedatur effluxus.

Id etiam huc pertinere puto, quod, ruptis licet membranis, poſteriorum tamen ſeu ſecundarum aquarum, retro foetum contentarum in utero, remaneat interdum nimia copia, quoniam infantis caput, firmiter incumbens orificio, illarum prohibet effluxum, ita ut inanem reddant et infringant uteri actionem in foetum, igiturque remorentur parturitionem. Sed levi tamen opera, levato nimirum atque repreſſo paululum capite, medere mox licet huic incommodo 1).

§. 19.

1) Plenck l. c. p. 368.

§. 19.

4. *Partus lentus ob membranarum tenacitatem* 1).

Nullum ab hac solita majore membranarum duritie, quam satis raro occurrere affirmant auctores 2), oritur malum, nisi paulo serior infantis exitus, matrisque molestiae protractae diutius. Quare fit, ut cl. Boehmerus velamenta, quo firmiora, eo potius meliora judicet, quippe quae medium constituant sufficientis et aequalis orificii uterini expansionis, majorem scilicet pressionis vim perferre valeant, reddereque vias sufficienter patulas 3). Sic ore tantum aperto satis uteri, non vero citius, nisi necessitas urgeat, membranam rumpendam esse nimis firmam, jure monet

1) Jacobs, l. c. p. 276.
2) Plenck, l. c. p. 365.
3) Praefat. ad Manninghami compend.

monet Manninghamus 1), quam vero nimiam velamentorum tenacitatem Thebesius, nescio cur, dubitat esse caussam serioris vesicae tensionis atque rupturae, et hanc vaginae spatio nimis augusto potius retardari putat et impediri 2).

Elucescit die clarius, amplioreque vix eget illustratione, quid in casu tali sit nobis faciendum. Noceret quam maxime instituta praepostere rumpendarum aquarum operatio, sola digitorum ope rarissime tunc perficienda; at cum primum uteri satis diductum reperitur orificium 3), cum ponderosum incumbit caput, igiturque partum discerptis membranis illico factum iri spes est, cum porro tactu jam exploratorio percipimus, pendere remorae caussam

1) l. c. p. 22.

2) l. c. p. 257.

3) Saxtorph, l. c. p. 135, Nr. 9.

ſam a tenacitate velamentorum, tum haec ſine mora dilacerari debent. Ita partus enim ad felicem ſuum tuto modo citoque perducitur exitum, antequam magis exhauriantur magisque parturientis vires, quibus carere non poteſt absque magno periculo, ad ferendas varias plus minus graves ſequelas parturitionis; unde fit, ut in afferenda hac discerpendae veſicae indicatione conveniant omnes, uno ferme ore, recentiores aeque ac minus recentes auctores 1).

§. 20.

5. Omnis partus praecox in genere 2).

Mox hac, mox illa parte peccat nonnunquam natura, vel cunctatione nimia, vel feſtina-

1) Siegemundin, l. c. p. 42. Puzos, l. c. p. 123. Plenck l. c. p. 365. Aitken, Grundſäzze der Entbindungskunſt, p. 114. ill. Steinii Theor. p. 175. §. 559.

2) Saxtorph's *Entbindungskunſt*, p. 121. §. 107 et ſqq.

natione. Aliquando nempe, ſed fere nunquam in primiparis, cito citius tranſit alterum in alterum parturitionis ſtadium, breviſſimoque temporis ſpatio abſolvitur partus; quod ſcilicet tunc accidit inprimis, cum pelvis ampla foetum excipit parvum ratione hujus amplitudinis, ſolitoque minorem, optime ſitum in utero bene ſito, cum continui ferme dolores vigent, celeresque jam plures praegreſſi ſunt partus 1).

At magna redundant inde matris pericula; impetu nempe humores irruunt in abdominis vâſa liberata ſubito a diuturna preſſione, miſerrimaque gignunt iſta, quae Paracentheſin incautam ſequuntur inſtitutam in Ascite, innumera mala, mortem ipſam improviſam ex lipothymia, ob ſanguinem a corde defluentem, om-

1) Cl. Levret Art des Accouchemens, Tom. I. §. 568.

omnium acutiſſimam, ſtaſes certe humorum, inteſtinorum inflammationes, gangraenam et ſphacelum! Uteri remanet porro, poſt hanc repentinam eius evacuationem, interdum atonica diſtenſio 1), exoptatam ipſius impediens aut certe retardans ſucceſſivam contractionem, unde copioſi ſanguifluxus uterini pertinaciſſimi, non ſiſtendi fere, pernicioſiſſimi 2), uterique nonnunquam inverſiones. Maxime communis vero et plus uno reſpectu valde moleſta partus ejusmodi praecipitati ſequela eſt perinaei ruptura, orta facillime a ſubitanea fibrarum violenta diſtenſione 3).

Tot

1) Plenck, *Anfangsgründe der Geburtshülfe*, *p*. 190.

2) Le Roux, *über die Blutflüſſe etc. p*. 62. §. 91.

3) Levret l. c. §. 573.

Tot igitur et tantis ut providcamus timendis, remoremur nos partum et in lentiorem mutemus est necesse, cui scopo respondet egregie promotus arte liquoris amnii effluxus. Major enim nec dum superata cervicis renitentia majorem tunc facit resistentiam contractionibus uterini fundi atque corporis, arcte cingunt uteri parietes foetum, fit frictio fortior, atque lentior partus, periculaque fugantur praecipitantiae 1).

§. 21.

б. Omnis partus praecox in specie.

a) Ovo integro.

Aliud praeterea commodum praebet aquarum iste praematurus exitus, id impediens certissime, quo minus edatur partus ovo integro, cui

1) Stark's *Archiv*, *I*, *St.* 2. *p.* 367.

cui quippe malo favet idem iste rerum status atque partium, quem favere praecocioribus partubus in genere diximus supra. Quamvis enim dissentiant auctores in determinando, utrum sit optanda magis an metuenda totius ovi excussio, et quamvis eam retulerint nonnulli inter naturales et exoptatas immo species partus, adeoque talem contigisse credant Evae, primae sic dictae mortalium 1); majoris mihi tamen momenti videntur istorum argumenta, qui, praeter recensitas ceteras evacuationis uteri repentinae noxas, subitaneam timent placentae ab uteri pariete separationem 2), rarissimumque hunc partum nec naturalem esse, nec sine magno plerumque fieri putant detrimento 3).

b)

1) Koenig, in Diss. cit. p. 13. Not. 6.

2) Wrisbergii annot. 71. ad Roeder. Elem.

3) Ill. Steinii Theor. p. 92. §. 287. et p. 199. §. 636.

b) Capite galeato.

Eſſe ſic dictam galeam abruptam circa collum infantis amnii partem, capiti nato praetextam 1), talemque fieri tum praeſertim partum, cum minimum vel nullum fere ſpatium anteriores occupent inter velamenta atque caput aquae, ulteriore non eget probatione. Galeatum vero naſci vix unquam poteſt caput, niſi talis adſit infantis ad matrem proportio taliſque habitus parturientis, qualem §. praeced deſcripſimus tanquam cauſſam quae partus permittit praecociores fieri. Ex ampla nempe pelvi foetus, exiguus procedit facillime integriſque membranis uno continuo tramite ad oſtium usque vaginae, ampliatae praegreſſis partubus, et tunc demum, niſi totum edatur ovum integrum, rumpuntur velamenta,

1) Ill. Stein, l. c. §. 285.

menta, non in centro, ſed periphericè non-nunquam circa collum, formantque galeam.

Quam maxime quidem naturalis eſt et facillimus plerumque ratione matris iſte partus; at non omni caret, ratione foetus, periculo, ideoque velamentorum tempeſtiva ruptione cavendus eſt. Iſta enim galea, cingens arctiſſime totum caput atque faciem, et ab infantis cute vix diſtinguenda, impedit et retardat primam, exſpirationi primae neceſſario ſemper anteriorem, inſpirationem, et ita ſuffocat brevi necatque, niſi celerrimum feratur auxilium, infantem.

§. 22.

Tandem ad indicationum, quae ruptionem ſuadent velamentorum in naturali partu, ultimam venio, notatu digniſſimam, quam conſtituit:

7). *Haemorrhagia quaedam, in ſtadiis primis ſuperveniens parturitionis* 1).

Talem ego haemorrhagiam in mente habeo, quali oritur in partu, cum placenta, ſitve bene ſita in ipſo uteri fundo, ob cauſſam quamcunque, ob ſolito breviorem e. g. funiculum umbilicalem 2), ſejungitur huc illuc a parietibus uteri.

Magna minatur pericula ejusmodi ſanguifluxus, facillimeque lethalis evadit, niſi prudens adhibeatur atque tempeſtivum auxilium. Quod unicum, at anceps profecto, diu poſuerunt obſtetricatores in accelerando partu verſionis ope, periculoſiſſimae ſemper 3), exitioſaeque non raro

1) Saxtorph, l. c. p. 203. §. 239.

2) Levret l. c. II. §. 45

Le Roux l. c. p. 46. §. 66.

1) Ill. Steinii, Prax. §. 183.

raro foetui non minus ac matri, quoniam uterus, a foetu liberatus subito, non semper cito satis pristinum recuperat elaterem suum nec pristinum tonum, continuoque flumine pergit ideo, vasorum ad inanitionem usque, fundere sanguinem 1).

Primus fuit, ni fallor, Cl. Puzos, cui nos aliam, et ob vitata versionis pericula tutiorem, referimus acceptam methodum, accelerato naturali partu hasce sistendi haemorrhagias 2).

Ut

1) De praecavenda hac uteri inertia post partum v. Le Roux, l. c. §. 148. et sqq.

2) Omnino jamjam quidem Mauriceau, Tom. I. Chap. 28. p. 334. atque Dionis, Liv. 3. Chap. 24. p. 262. de tali cogitasse videntur consilio; quod autem primus exposuit accuratius Puzos, in suo: Mémoire sur les pertes de sang, annexo libro citato supra.

Ut primum ſcilicet, rite ſito capite, portentoſus, qualem diximus, in ſtadiis parturiendi primis ſupervenit ſanguifluxus, tunc ſtatim de dilatando ſenſim, ſi non ſatis adhuc patet, orificio et excitandis augendisque doloribus, atque de rumpendis deinde velamentis, eadem fere ratione ac encheireſi, quali Cl. Steinius ad acceleranda ſtadia et promovendum partum utitur 1), cogitare jubet laudatus auctor 2). Quo nempe facto id optatiſſimum contingere vidit, ut magis deſcenderet caput, et, fortiter incumbens uteri orificio, effluxum impediret ſanguinis, ut aperta coarctarentur et clauderentur, vi dolorum, vaſorum lumina, ſucceſſivisque ſe compingeret uterus contractionibus, quibus

1) b. Schehmel Diſſ. de nova aeque ac praeſtantiſſima encheireſi etc. Marb. 1792.

2) Puzos l. c. p. 334.

bus valde favet lentor fuetus in naturali partu, non nisi paululum hic adjuvandus arte nonnunquam, et imitandus adeo, qua fieri potest, in partu praeternaturali 1).

Et respondet omnino, qua laude major nulla datur, practicorum experientia huic theoriae, pluresque felices non ipse solus Puzos vidit casus, sed auctores alii quoque clarissimi conveniunt in firmanda hacce doctrina, justisque methodum illam Cl Levret (2 atque ill. Steinius 3), et adplicatam suo loco temporeque Roedererus 4) etiam laudibus ornant.

§. 23.

---

1) Le Roux l. c. §, 154.

2) Art. des Accouch. II. §. 54.

3) Ill. Steinii *praktisch. GH.* §. 274. et §. 475.

4) l. c. p. 279. §. 689.

§. 23.

Haecce funt, quae mihi videbantur exponenda de rumpendarum aquarum indicationibus in naturali partu, quas non omnes esse facillimas dijudicatu, igiturque femper attento ponderandas animo prius in praxi, quam fuscipiatur ruptio, satis fuperque conftabit ex allatis. Neque poffum, quin denuo moneam, inprimis esse refpiciendas plerumque generales, quas potuimus, indicationes admodum graves, ut, ubi defunt omnes, iftam vix liceat inftituere operatiunculam, neque membranis inferre manum

§. 24.

Longe funt aliae et a recenfitis diverfae, quae jam contemplandae nobis exftant indicationes rumpendarum aquarum in partu non naturali (§. 10.). Momenti funt majoris fine dubio prioribus, quoniam propius imminet

ma-

majusque periculum, nec indicationes iſtae valere poſſunt generales, obſtetricantis incautam refraenantes interdum feſtinationem in partubus, a naturae tramite non deviis. Principes illarum ac praecipuas, ſaepe ſaepius occurrentes obſtetricatoribus in artis ſuae exercitio, ſequentes puto:

1). Omnis ſitus infantis, pro partu naturali incongruus.

2). Omnis haemorrhagia a ſitu placentae declivi, et orificio propiori.

3). Convulſionum vehementia

4) Omnis denique partus gemellorum vel trimellorum.

Quas jam enumeratas eodem ordine perluſtremus ſingulas.

§. 25.

1). *Omnis situs infantis pro partu naturali incongruus.*

Multas dari variasque perversi hujus situs species, mox caput quidem praevium, ast male locatum, mox partem nullam, mox aliam quamcunque praeter caput praeviam poscere versionem, igiturque tot esse, quot artus, versionis, tot, quot versionis, certo respectu quoque membranarum rumpendarum indicationes, ampliore non eget demonstratione. Est enim momenti maximi in negotio versionis, ruptis nondum membranis, nec effuso, quem continent, amnio liquore, accedere ad suscipiendam operationem 1), quae tunc ex omni parte cedit felicior, quoniam

1) Saxtorph, l. c. §. 264. Nro. 2.

niam liberiore gaudet ſpatio manus obſtetricatoris, ad movendum ſeſe et ad quaerendos pedes, quomcumque tunc multo facilior nec tantis ſtipata cruciatibus matris, fit foetus converſio 1).

Attamen non idem eſt nec aequaliter opportunum quodcunque temporis ad diſcerpenda velamenta momentum, ſibique matrique nec non infanti, aucta quippe cervicis et orificii nondum aperti ſatis renitentia, male conſuleret obſtetricator, qui, non urgente ulla neceſſitate, parturitionis in ſtadio praeagiente primo concederet aquis effluxam 2). Quare, qua fieri poteſt in tali

1) Puzos, l. c. p. 182: „Il faut que l'Accoucheur ait eu l'attention, de ne travailler qu'à la faveur des eaux. "

Iacobs, l. c. p. 286. 5.

Mohrenheim, l. c. p. 154.

2) Bausch, l. c. p. 56. §. 20.

tali caſu, naturae potius relinquendam eſſe dilatationem orificii, doloresque patienter a parturiente ſuſtinendos, jure ſuadet amicus meus, usque dum orificium ad meliorem manus obſtetricantis aditum ſatis expanſum ſit 1); id quod ſub finem accidit ſecundi ſtadii ſ. praeparantis, habendum igitur pro opportuniſſimo rumpendarum ante verſionem inſtituendam aquarum tempore.

§. 26.

2). *Omnis haemorrhagia a ſitu placentae declivi et orificio propiori* 2).

Aliter, ac in priore, res ſeſe habet in hoc caſu, minime gentium confundendo ceterum cum

1) Id. ibid. p. 56.

2) Baudeloque, l. c. I. pag. 483. Signa perverſae hujus inſertionis placentae v. in ill. Steinii *practiſche GH.* §. 138. et ſqq.

Sax-

cum illa, cujus §. 22. mentionem fecimus, haemorrhagia. Ut enim haec, quam praematura ciebat placentae totum ot haerentis in uteri fundo, minuebatur et decrescebat excitatis doloribus, sic illa, de qua jam nobis sermo oriunda a placentae situ in orificio, cujusque prima jam mense septimo graviditatis apparere solent vestigia 1), sic illa potius, dico, iidem mirum in modum augetur doloribus, qui diducunt et expandunt sensim cervicem et orificium uteri, atque magis magisque rejungunt praeviam placentam, ita ut nulla fere sit, in cita nisi accelerataque matris ab infante liberatione, salus 2).

Qua-

SAXTORPH, l. c. §. 228. et sqq.

1) Ill. STEINII Theor. §. 220.

2) Eiusd. *practisch. GH.* §. 277.

Quare tunc quoque lentioribus ac debilioribus naturae relinquere non licet conaminibus dilatationem orificii, promovendam potius adhibita digitorum ope, quae multo cedit etiam facilior quam alias, quia valde laxum et molle sit orificium ab effluente sanguine.

Rebus ita praeparatis manum, ut primum fieri potest, obstetricator inducat illa parte, qua maxime solutus reperitur margo placentae 1), rumpat inde velamenta, eodemque momento mittat manum altius in uterum, ad extricandos, antequam effluxerit amnius liquor, pedes et perficiendam versionem. At non semper a tota placenta, totum obsidente ambitum orificii, talis oritur sanguifluxus, sed saepe pars tantum illius, in uteri cervice locatae, praevia reperi-

tur

3) Ibid. §. 475.

tur atque caussae haemorrhagiae. Nil fere tunc potest exoptatius esse, quam gaudere foetum situ bono et ad partum naturali, quippe tunc omittere versionem, et naturalem a naturae viribus exspectare licet interdum consummationem partus 1). Qui simili, qualem § 22. indicavimus, fit methodo; artificiali nempe membranarum ruptione evacuantur aquae, ut citius fiat caput perfecte corollatum et orificium claudat, ut compressione hinc inde oriunda sistatur sanguifluxus, et ut partus fiat naturalis.

§. 27.

Hisce positis qualibuscunqae, monere me liceat paucis, nimis forsan generaliter enunciatum mihi videri illud Cl. Crevii dictum, quo vesicae ruptionem in quocunque graviditatis termino

1) Ibid. §. 278. et § 476.

mino adhibendam permittit ad ſiſtendas haemorrhagias 1). Conſtat enim, proximam ſemper ſequelam effuſionis aquarum eſſe partum, partum vero quemcunque, editum ante menſem ſeptimum graviditatis, immaturi nomine venire 2) ſervarique vix poſſe; quoties igitur elapſis nondum ſeptem menſibus rumpuntur aquae, tot revera ſollicitantur partus immaturi, quos malas certe partes ad ſiſtendum conferre ſanguifluxum, neminem fugit.

Exſtant eadem exprobranda methodo, ab auctore citato laudatae 3) in uteri retroflexi caſu, occurrente nonnunquam tres primos inter vel

1) Starck's *Archiv.* V. p. 375.

2) Steinii Theor. §. 423.

3) Starck's *Archiv.* l. c. pag. cit.

vel quatuor graviditatis menſes 1). Bene quidem ſcio, jam a Cel. Lynne 2), qui primus ferme inter recentiores hocce vitium obſervatum annotavit et deſcripſit, iſtud datum eſſe liquoris amnii evacuandi conſilium, repetitum poſtea a Cl. Huntero, qui, quoniam plerumque vix contingit, aſcenſum et anteriora verſus locatum intrare orificium, perforationem adeo ſegmenti poſterioris uteri cervicis proponere non timuit 3). Sed, ut taceam pericula oriunda a tali cervicis vulnere, multo certius immaturus impetraretur partus ſub abortus ſpe-

1) Ioh. Melitſch. *Abhandlung von der ſogenannten Umbeugung der Gebärmutter, Prag.* 1790.

2) Medical obſervations aud Inquiries, vol. IV. v. Richter's chirurg. Biblioth. I. St. 4. p. 47.

3) Cl. Richteri chir. Bblth. VII., p. 727.

ſpecie, quam uteri repoſitio, et iſta omnia ac-cerſerentur innumera graviſſimaque mala, quae ſolent abortum comitari plerumque. Praeterea nullum hucusque methodi hujus feliciter adhibitae exemplum inotuiſſe puto, cum e contrario plura fidaque monſtrare videantur exempla, ſufficere manualem iſtam methodum commendatam ab excell. Richtero 1), qui, faecibus urinaque exoneratis, digitos duos ſuadet immittere in inteſtinum rectum feminae, incumbentis in manus et genua, illorumque auxilio preſſionem antrorſum verſus umbilicum edere repoſitoriam 2).

Quid vero ſibi velint indicationes rumpendarum aquarum, ab inſtrumentorum uſu deprom-tae

1) Ibid. IV. pag. 239.

2) Ibid. V. pag 132. 548. — VIII. pag. 694. — IX. pag. 182. — XI. pag. 58. 302. 318. — XII. pag. 47.

tae 1), id ego quidem comprehendere nullo modo possum. Nam in secundo parturitionis stadio, cui liquoris amnii demum effluxus finem imponit, neminem cogitare spero de usu instrumentorum, cum v. c. forcipis revera non prius licita sit applicatio, quam caput, bene corollatum tumoreque tectum notabili non descendat amplius in pelvi, vigentibus quamvis doloribus 2). Ideoque multo minus esse potest sermo de perforatione capitis tanquam indicatione dilacerandae vesicae, quippe quod lugendum artis adminiculum non fere, nisi post irritam forcipis praegressam applicationem, vocari debet unquam in usum 3). Certo certius ergo usus instrumentorum nullam constituit rumpendarum aquarum

1) Starck's *Archiv.* l. c. pag. 376.

2) Illust. Steinii *praktisch. Anl.* §. 652.

3) Ibid. pag. 65.

rum indicationem, ſiquidem nulla niſi ruptis jam diu velamentis a natura effuſoque liquore, inſtituendae cujusdam operationis inſtrumentalis neceſſitas urget. Sed mittamus haecce!

§. 28.

3) *Convulſiones parturientis* 1).

Non mirum ſane, feminas, ſaepiſſime diſpoſitas extra graviditatem quoque ad ſpasmos, nimiaque praeditas ſenſilitate et mobilitate nervoſi generis, hasce dico, vehementius affici mutationibus variis ſtipantibus graviditatem, et agitari valde novo dolorum ſtimulo tempore parturitionis. Quae quidem pericula attinent inprimis ad primiparas; ſed non admodum raro tamen in aliis quoque, defunctis jam pluries parturiendi

1) Baudelocque l. c. pag. 493.

di negotio, obſervantur ſimilia 1), quoniam plures e numero cauſſarum occaſionalium, v. c. liquoris amnii defectus, deſcenſus capitis impediens ſuetas et naturales excretiones, aliaeque communes ſunt multiparis cum illis, quae nondum pepererunt.

Ut primum adparent veſtigia convulſionum, quarum imminentium ſigna ſymptomataque praeſentium Roedererus enarrat egregie 2), tentanda ſunt quidem optima pharmacevtica aliaque leniora auxilia, ſicut e. g. convulſio ab impedita urinae excretione oriunda ceſſat remoto paululum capite ab oſſibus pubis 3); at illa non raro fallunt omnia, nec ſpem nobis ullam niſi unicam relinquunt ancipitem, poſitam iu ſolutione foetus, tanquam irritantis ſtimuli 4). Quem

ergo

1) La Motte, l. c. Obſerv. 214. 218.
2) l. c. §. 695. 696.
3) La Motte l. c. Obſ. 117.
4) Puzos l. c. pag. 172.

ergo re recenti, antequam agmen malorum opprimat parturientem et foetum interficiat, protrahere suadent auctores laudatissimi 1), igiturque ruptionem in tali casu velamentorum instituendam esse pro versione, ulteriore probatione vix eget.

Dantur quoque foetus interdum convulsiones 2), quae, si fortiores, timendam portendunt uteri rupturam cingentis strictissime foetum. At vix tamen unquam, nisi ruptis existunt aquis, diuque jam fortiter incuneato capite, ita ut non liceat cogitare de versione, sed a sola Levreti forcipe auxilium sperare.

§. 29.

4). *Omnis denique partus gemellorum vel trimellorum.*

Ratione molis hanc partus speciem esse simplici faciliorem minusque dolentem, facillime

per

1) Ill. Stein l. c. §. 201. 473. Roederer, l. c. §. 699. La Motte l. c. pag. 377. 380.

2) Stein l. c. §. 472.

per se patet 1); et experientia nos docet quoque, vanos esse, quos suscitare nonnullis solet, errores, quippe non solum saepissime rite locatum sese prior offert foetus, sed posterioris etiam per apertam portam exitus fit facili plerumque et exoptato modo. Exstat ergo utilissima quaedam obstetricia regula, quae ponit, foetum semper alterum, sitve situs optime et plane naturaliter in membranis suis, post alterius praegressam exclusionem statim esse convertendum et extrahendum pedibus, quoniam minora minitatur, strata jam a priore via, versio pericula, quoniamque post enixum primum inordinatae fiunt plerumque contractiones uteri dolorumque remittit actio, nec partus, solius naturae commissus viribus, absolvitur interdum nisi post aliquot dies. Hujus naturae casum benevole communicavit mecum Steinius noster, in quo

1) Roederer l. c. §. 708.

quo, praeſide quondam aliquo obſtetricatore, in ipſius magis quam artis ignominiam, alterius gemellorum partus, non ſine matris et familiae moerore, ultra 24 horas a natura protractus eſt. Quare tanti quoque Viri uno ore conveniunt 1) in aſſerenda methodi hujus utilitate, ut, plura monere pluribusque firmare velle regulam illam ſupervacaneum foret.

Accidit autem nonnunquam, ut uterque gemellus, prior aeque ac poſterior, ſeſe ſitu perverſo ad partum offerat in ſuis velamentis, et poſcat verſionem. Quae tunc eſt inſtituenda pro

1) Ill. Stein l. c. §. 202.
La Motte l. c. p. 521.
Manningham l. c. pag. 20. 30. 31.
F. A. Deleurye Traité des Accouchem. Paris, 1770. pag. 254. §. 774.
Saxtorph l. c. §. 244.

pro ſuetis ſuis legibus ac regulis; at in prioris extractione id inſuper agendum exſtat omni cura atque diligentia, ut ipſum diſcerpamus, qui foetum huncce priorem continet, proprium ſaccum, non vero ſeptum ſimul laedamus, quod eum ſejungit a poſteriore, ne ſcilicet hujus procidant membra et cum membris confundantur illius, unde partus, arreptis nempe pedibus diverſis, evadere poteſt moleſtus atque perdifficilis 1). Notabile rei hujus exemplum compertum habeo e relatione experientiſſimi Steinii, qui, minus caute rupta ab obſtetricatore quodam alio duplicatura membranarum in gemellorum caſu inexſpectato, tantam adeoque miram invenit artuum inter ſe complicationem, ut non niſi voluminis ope, quo foetus uterque, bono auſpicio,

1) Stein l. c. §. 323.
Roederer l. c. §. 715.
Mohrenheim, l. c, p. 154.

cio, diverſo gaudebat, pedes alterius ab altero gemellorum diſtinguere, fauſtoque potuerit extrahere ſucceſſu.

De trimellorum partu ampliora non addenda puto, cum valeant de rariſſima hac ave mutatis mutandis omnia, quae dicta ſunt de gemellis 1).

§. 30.

Sufficiant haecce de rumpendarum aquarum indicationibus in non naturali naturalique partu collecta qualiacunque, licet adhuc multa ſupereſſe dicenda lubenter credam, quae me vetat dicere doctrinae mea penuria temporisque. Reſtat enim penſi mei pars ſat magna, quae minoris quidem, ni me ſpes mea fallit, ambitus eſt et momenti quam prior, at aliquantulos tamen quoque jure ſuo labores poſcit, exercitato facillimos, rudi vero talium nonnunquam ſatis moleſtos.

SECTIO

1) La Motte l. c. p. 529. Stein l. c. §. 283.

SECTIO TERTIA.

Operatio.

§. 31.

Facilem esse nec artificiosam hanc operatiunculam, supra jam fassi sumus (§. 9.) et videbimus porro; sed plura tamen, ut bene cedat, observanda sunt et respicienda, minuta quidem ex parte, at prorsus non contemnenda. Quam primum scilicet, perpensis et ponderatis indicationibus, illam judicat obstetricator necessariam et instituendam esse, tunc attento cogitare debet animo de methodo maxime recta, de seligendo quodam instrumento, optimoque de temporis momento, antequam adgrediatur opus, quoniam error commissus non foret absque damno multo periculoque. Propius et accuratius ergo has varias contemplemur operationis differentias, et natam inde, quae commodissima videtur, divisionem ejus.

a) quo-

a) quoad terminum,

b) quoad methodum,

c) quoad inſtrumenta,

ad quos quippe tres numeros redire videtur ſumma monendorum.

§. 32.

a) Quoad terminum.

Pendet ſucceſſus inde parturitionis, infauſtus creberrime, ſi neque tempore juſto neque juſtis ſub conditionibus, ſed potius praepoſtere ſit operatio.

Eſt vero ruptura membranarum artificialis in partu generatim

vel tempeſtiva

vel intempeſtiva.

Tempeſtivam ſemper dicimus illam, quae ſufficientibus ſuis indicationibus nititur, et quae tempore fit opportuno, circa finem circiter ſecundi ſtadii perturitionis. Si v. c. membranae

ſolito

ſolito firmiores, diducto ſenſim ſufficienter uterino orificio pro tranſitu incumbentis capitis, ſola ſua tenacitate nimia retardarent partum, tunc illarum inſtituta ruptio tempeſtiva foret atque laudanda, quoniam id quaſi tempeſtivae huius eſt proprium, quod ſemper ſit indicata.

Intempeſtivam vero ruptionem eſſe velamentorum, praeſentes probant et demonſtrant, nulla ceterum urgente periculi cujusdam neceſſitate, contraindicationes, quas inter omnes eminet dolorum tempus praeſagientium, veſica nondum formata nec ſatis adhuc patulum orificium. Sed dantur obſtetricantes profecto nimis indulgentes ſuae impatientiae et forcipis applicandae nonnunquam juſto cupidiores, unde tales incidunt in errores, et ſapientiſſimae naturae praeoccupant partes.

§. 33.

§. 33.

At aliud ſilentio tamen praeterire nolo, quod huc pertinere videtur, discrimen quoad terminum operationis. Eſt nempe ruptura membranarum iſta, quam nuncupavimus intempeſtivam, non ſemper ſimul praepoſtera, ſed non niſi praematura nonnunquam, quae ſcilicet invicem inter ſe ita differunt, ut illa ſit indicata nunquam, nulloque tempore nec ullo partus caſu laudanda, haec vero ſaepe ſaepius requiratur, et, quamvis praematura, tamen in ſpecificis ſuis caſibus ſit indicata, maximeque fiat ergo certo reſpectu tempeſtiva.

Praepoſteram ideoque damnandam putarem ruptionem iſtam aquarum, quae tardante paulisper praeter modum primo ſtadio parturitionis, vel praetexta forſan leviſſima funiculi volnti circa collum infantis ſuſpicione, inſtituta foret ab imprudente medico, praeſente

qua-

quadam contraindicatione. Quodsi vero propter haemorrhagiae cuiusdam vehementissimae, a praevia placenta ducentis originem, periculum discerpuntur membranae in ipso stadio praesagiente, tunc *praematura* quidem ratione temporis, at maxime tamen indicata ceterum et inde tempestiva fit haec operatio.

Id tandem sequi videtur e dictis, tempestivam ruptionem praesertim in naturali partu locum habere, intempestivam praematuram in non naturali magis, nullibi vero locum esse dandum praeposterae.

§. 34.

b) Quoad methodum.

Differre methodos minutissimae huius operationis, vix forte mirum videri poterit, cum tanta sit scopi differentia, quem in rumpendis aquis habemus propositum. Mox enim illis effluxum concedere, uterique contractionem

nem adjuvare circa foetum, mox amnium retinere cupimus liquorem in ruptis velamentis, liberumque ejus ope servare spatium inter foetum et uteri parietes; partum mox lentum accelerandi, mox praecociorem retardandi caussa vesicam aperimus.

Est igitur methodus alia in naturali partu, aliaque valde diversa in praeternaturali; utraque digna, quam paucis pertractemus singulam.

§. 35.

1) Methodus in praeternaturali partu.

Quid nobis partus significet non naturalis, quaenam sint verae rumpendarum in ejusmodi partubus aquarum indicationes, haecce jam explanata sunt supra (§. 10. 24 et sqq.), et paucis quoque tetigimus usum magnum, quem praesens necdum effusus praebet amnius liquor

in

in converſione foetus (§. 25) 1). Iſtius igitur effluxum impedire res eſt momenti maximi, ſatisque ſimul perfectu facilis, cum id unicum nobis agendum ſit, ut naturalem non exſpectemus veſicae ruptionem, ſed nos ipſi discerpamus, et quidem extra orificium, membranas, eodemque momento manum inducamus in uterum. Quod autem nullo modo liceret, ſi manus eſſet armata forſan inſtrumento, idoneo ad vulnerandum, a quibus ergo inſtrumentis abſtinendum eſſe hocce caſu, facillime patet.

Sed datur etiam alia et adaequata magis rumpendae veſicae methodus absque inſtrumentis, quam accuratius deſcripſit primus cl. Deleurye. Ut primum ſcilicet bene novimus, perverſe ſitum eſſe foetum igiturque ver-

1) Thebeſius, l. c. §. 331.

2) Ill. Stein, l. c. §. 281.

vertendum, tunc manum jubet immittere inter ovum et uteri parietem, digitorumque trituritione velamenta eo loco discerpere, quo pedes eſſe ſitos ſuſpicamur; qua quidem methodo abbreviari laborem reddique poſſe multo faciliorem, jure Vir iſte clarus affirmat 1).

§. 36.

---

1) Deleuye, l. c. §. 691. „Si la poche des eaux n'eſt point percée, il faut, dèsque l'on reconnoitra la mauvaiſe poſition de l'enfant, et que la dilatation du cercle de l'orifice ſera ou ſuffiſante ou que malgré les contractions elle n'augmentera pas, introduire la main dans la matrice, ſans percer la poche des eaux, détacher les membranes des parois de ce viscère, et les percer à l'endroit, où l'on juge que les pieds peuvent le plus naturellement ſe trouver: cette opération donne bien plus de facilité pour finir l'onvrage."

Smellie, Traité des Accouch., trad. par Préville, 1754, pag. 344.

§. 36.

Et vix ulteriore eget explicatione, quomodo haecce differat quibusque valeat emolumentis methodus prae ceteris.

Ratione loci nimirum, ubi perficitur ruptura, manum semper immittere debemus in uterum illo latere, quod est oppositum infantis capiti, et extra orificium lacerare membranas in utero, quoniam ita citius extricare pedes et foetum vertere sperandum est praesentibus aquis, quae tardiores rarioresque tunc effluunt, quam cum vesica rumpitur intra circulum orificii.

Ratione vero temporis ruptionem instituimus non nisu durante, sed intercalari quasi dolorum absentium tempore, quo scilicet multo facilius ingerere manum in uterum laxiorem non contractum, atque liberius illam movere licet, absque sensu tanto feminae et obstetricatoris ingrato.

Non

Non igitur ſine jure laudandam et eſſe commendandam puto methodum enarratam rumpendarum aquarum, ubicunque verſionis inſtituendae ſcopo veſica dilaceratur ab obſtetricante 1).

§. 37.

2) *Methodus in naturali partu.*

Si membranarum in naturali partu inſtituitur ruptio, tunc amnium exonerare plerumque liquorem volumus, vel quia quantitas ejus eſt nimia dolorumque frangit efficaciam, vel quia partus imminet praecox, vel ob alias interdum cauſſas (§. 15).

Foret

1) Ad rumpendas firmiores, ſi adeſſent aliquando forſan tali caſu, membranas cl. Oſiander acuminatam inferiorem commendat bacilli partem, quo laqueos ingerimus in uterum.

Foret ideo improbanda hoc caſu Deleury-anae methodi applicatio; recenſitae §is praecedentibus, aliaque nobis eſt quaerenda adhibendaque, magis adaequata. Quam profecto, naturalibus accommodatam partubus, duplicem habemus in promtu,

vel per directum,

vel per indirectum

rumpendi velamenta methodum; et pro diverſis inſtitutae ruptionis indicationibus mox haec eſt praeferenda, mox illa.

§. 38.

Per indirectum, juxta methodum Steinianam, fieri dicimus operationem, cum nec digitorum utimur percuſſu, nec ullis ad discerpendam veſicam inſtrumentis, ſed unica marginis uterini orificii dilatatoria repreſſione tenſionem ſenſim promovemus atque ruptionem ſollicitamus velamentorum. Quam quidem metho-

methodum e. g. in partu ſimpliciter lento ſufficere puto.

Utimur autem altera, rumpendarum *per directum* aquarum, methodo, cum v. c. liquoris amnii penuria vel membranae firmiores ſpontaneam fieri non ſinunt aperturam bullae. Nec ſemper ſufficit operatio naturalis, quae ſola fit ope digitorum, percuſſu nimirum vel contritione veſicae, ſed eſt artificialis nonnunquam, et inſtrumenta requirit, inventa per artem.

§. 39.

c) Quoad inſtrumenta.

Nullo modo licere quidem in dilacerandis pro verſione inſtituenda velamentis uſum inſtrumentorum, conſtat e dictis, nec adhibenda ſunt unquam, niſi cum ante praevium caput et intra orificium rumpere volumus aquas per directum in partu naturali.

Sed illis quoque non poſſum aſſentire, qui plane contemnunt omne inſtrumentum in partu quocunque, nec ullum unquam praeter digitos, adhibendum permittunt auxilium 1). Quos certe nonnunquam ſuperandae non eſſe pares tenacitati membranarum, plus una vice docet experientia, et tunc nobis magnum, periculoque ſtipatum nullo, ſi cauta ſit applicatio, uſum praebet ejusmodi inſtrumentum.

Licet vero tam minuta ſit et parum artificioſa, ſaepiſſimeque omnino ſola digitorum ope perficienda operatio, tamen ſat magnus exſtat commendatorum ad hunc ſcopum a variis auctoribus inſtrumentorum numerus, quae certe non omnia aequali ſunt laude digna, ſed ex parte magna potius damnanda periculoſaque.

Tale

---

1) Icart, leçons pratiques etc. p. 47.

Tale vero inſtrumentum, ſi meritas appetit laudes, eſſe debet molis exiguae, et applicationis tutae facilisque, ut unius tantum manus opem poscat, nec partes laedat matris, nec infantis caput, proxime procumbens et magis plerumque deſcendens cito poſt inſtitutam rupturam.

Hanc quaſi normam ſecuti, poterimus breves eſſe in recenſendis variis, quae hucusque innotuerunt, inſtrumentis discerpendae veſicae.

§. 40.

1) *Hamulus Wiedemanniae* 1) — primum forte hujus generis eſt inſtrumentum 2), nec niſi

---

1) Ejus *chriſtl. Hebamme, p.* 194. Tab. A. fig. 3. et applicationis methodum. pag. 51.

2) Siegemundia, l. c. pag. 122. noſſe quidem videtur inſtrumentum tale; ſed nullam tamen dat deſcriptionem eius nec figuram.

nisi hoc respectu videtur mihi dignus aliqua mentione. Minime respondet enim scopo suo, nec video, quid eius curvatura significet plane supervacanea, et quomodo possit vesicam arripere, et arreptam lacerare sine partis cujusdam vicinae laesione. Unde non mirum, ab obstetricatore nullo, nec ab ulla, praeter inventricem ipsam, obstetrice commemoratum esse adeoque nec adhibitum forsan istud instrumentum.

2) Instrumenti vero Friediani 1) certe ratio est alia, floruitque diuturna satis laude. Simplex erat acus, (cujus nullam nullibi neque descriptionem invenisse memini, neque delineationem) thecae inclusa, quae digitorum ope protrudebatur contra tensas membranas, et hisce

---

1) Thebesius, l. c. Tab. 18, fig. 28 et 29. Mohrenheim, l. c. Tab. 45. fig. 3.

hisce ruptis erat retrahenda intra thecam. Quoniam haec vero retractio vix potuit tam cito fieri, ut nullum exifteret laefionis periculum pro capite infantis, Roedererus munivit acum, ad Ouldiani perforatorii imitationem, elatere quodam, quo fponte refiliret poft peractam ruptionem.

Sed non omne tamen hac Roedereri emendatione tollitur periculum laefionis, praetereaque Friedianum inftrumentum id habet incommodi, quod utriusque manus opem poscat ejus applicatio.

3) *Le Boufier du Coudray* 1), granum falis groffiusculum imponere digito et iftius ope veficam rumpere fuadet! Eodemque fcopo quoque commendat dentifcalpium.

4)

1) Abregé de l'Art des Accouchemens, Paris. 1759. pag. 68.

4). *Astruc* 1) proponit inciſorium breve exiguum, inter digitos admovendum veſicae. Sed timenda ſemper eſt acies, minime neceſſaria ad velamentorum ruptionem 2).

5). *Smellie* 3) putat, ſtylum ſufficere exploratorium vel ſimplicem forficem — cujus acumen vero, antequam adhibeatur, globulo cerae munire ſuadet Cl. Baudelocque. 4).

6). Nec omittamus ſilentio ſcalpellum tandem, quod *Aitkenii*, ineluctabili quorundam Anglorum fato victi, debemus ingenio, inventionum et inventiuncularum quondam foecundiſſimo 5).

§. 14.

---

1) L'art des Accouchem. Paris 1766. pag. 220.

2) Aliud ejus generis inciſorium, a Cl. Starckio ad veſicae rupturam inventum, commemorat Cl. Hinze, l. c. pag. 96.

3) l. c. pag. 225.

4) l. c. §. 813.

5) *Grundſätze der Entbindungskunſt* pag. 114. Tab. XXX. fig. 6.

§. 41.

Haecce vero omnia, hucusque enumerata, postponenda puto *annulo Steiniano*, optimo ad discerpendas membranas instrumento, quod eundem prae se fert perfectionis gradum, quo cetera gaudent utilissima Viri hujus inventa. Simplex est annulus, cui acus insidet unius circiter unciae atque dimidiae, uti ejus figura docet incisa aere 1). Imponitur annulus iste phalangi secundae digiti indicis ita, ut acus ipsa in dorso hujus sita facile tegi possit a medio digito; immissi in vaginam inde ambo digiti velamentis admoventur, nudatur acus retracto paulululum medio, vesicaque leni motu rumpitur indicis 2)

Ita fit, ad Celsi mentem, cito, tuto modoque jucundo ruptura, aliaque vix ulla desideranda videtur methodus.

§. 42.

---

1) Ill. Stein, *practisch. Anleit*, Tab. 1. fig. 2. 3.
2) Ejusd. Theor. *Anl*. §. 562.

§. 42.

Emendare tamen ſtuduit hoc inſtrumentum, et communicavit excogitatum ſuum cum noſtro Steinio, celeberrimus Oſiander, quem fidum veneror artis obſtetriciae praeceptorem meum, amicumque colo aeſtumatiſſimum. Breviorem nempe fecit acum, et reflexam in apice, annulumque, non clauſum ſed apertum et inde quaſi elaſticum, primae mavult imponere phalangi indicis.

Quid vero redundet commodi ab imminuta acus longitudine, non bene me videre fatendum eſt, et majus inde, ni fallor, exiſtit periculum, ne forſan annulus, primae inhaerens phalangi, abſcedat a digito remaneatque in vagina. Et acus iſta quoque reflexa, quam in inſtrumento jamjam notavimus Wiedemanniae ſimilem, non valde bene convenire mihi videtur cum partium figura ſituque, nec ullo modo praeferen-

renda rectae Steinii, quae tenacissimis sufficit dilacerandis velamentis, nec nisi rudi tantum applicatione laedere potest caput infantis.

Quodsi porro dicendum, quod res est, instrumentum hocce, hamulo instructum, nullius, ut mihi ferme videtur, indicationis usum praestare potest. In partu nempe naturali prorsus est inutilis iste hamulus, et speciem prae se fert suspicionis, ac si praepostero faveret rudiorum obstericantium aquas nondum rite formatas rumpendi, studio; in partu vero praeternaturali vel Deleuryana (§. 35.) praestat, vel Steiniana (§. 38.) methodus, hamuliqùe foret ideo nullus usus, nisi forsan ad istos indicationum casus speciales eum restringere velis, in quibus ob Haemorrhagiae causam rumpere velamenta adhuc laxiora ars nostra suadet.

Id autem omnino dignum judico laude, quod amplificari ſuum lumen ſinit annulus apertus Oſiandri, unde fit, ut pluribus idem, in inſtituto v. c. dicato parturientium indigentiae, annulus accommodare ſeſe poſſit manibus, nec ullas moveat, aucto paululum ambitu digiti, induendus vel detrahendus difficultates.

Nonne igitur ex inventi utriusque connubio, acus nempe Steinianae longioris atque rectae cum aperto elaſticoque annulo Oſiandri, proles forſan naſci poſſet, parentis utriusque ornata virtutibus, incommodis vacua? —

THE-

THESES.

I.

Aut omnino non datur venenum, aut quodvis medicamentum ad venenorum claſſem pertinet.

II.

Febrium gaſtricarum et diſpoſitionis gaſtricae cauſſa forſan in methodo medendi antigaſtrica quaerenda.

III.

Pellentia in menſium ſuppreſſione perraro ſunt adhibenda.

IV.

Paracentheſis in Ascite non ultimum eſſe debet remedium.

V.

Cicutae, Belladonnae, aliorumque remediorum, ad ſcirrhi et cancri medelam commendatorum uſus ſaepe plus damni, quam emolumenti attulit.

VI.

VI.

Praeſtat obſtetricia cum digitis duobus exploratio.

VII.

Prohibendae ſunt obſtetrices ab uſu ferramentorum et a negotio verſionis.

VIII.

Damnandam puto et tollendam, quae barbitonſorum inter opificium et artem chirurgicam intercedit, conſociationem.

IX.

Funiculi umbilicalis deligatio intermiſſa ad infanticidium abſolute referri nequit.